



MISSA SACRATISSIMI
ROSARII
BEATISSIMÆ VIRGINIS
M A R I Æ,

Priuilegiata à Domino Nostro Papa PAVLO III.
& Gregorio Decimotertio.

Cum Missis de S. Angelo Custode, de S. Gregorio Papa Conf.
& Ecclesiæ Doctore, de Sancto Carolo Episcopo, ac
de Sanctis Quindecim Auxiliatoribus.



VENETIIS, APVD IVNTAS.

M D C X V I I .

De Licentia Superiorum.

MISSA SACRA TISSIMI

ratione

MISSA SACRA TISSIMA
ALTAISMA

ALTAISMA

MISSA SACRA TISSIMA
ALTAISMA



XVII 22283

MISSA SACRATISSIMI Rosarij Beatissimæ Virginis Mariæ.

3

INTROITVS.



Alue radix sancta : sal-
ue mundi gloria : o
Maria flos virginum,
velut rosa vel lilyum :
tuum pro nobis depre-
care Filium.

Tempore Paschali. **A** lleluia , alle-
luia. v. Gratia super gratiam ; Mu-
lier sancta & pudorata .

Rosaria Patri , & Filio : & Spiritui
sancto. **R**osaria in excelsis. **S**i regu-
lariter dicitur Oratio .

OMnipotens , & misericors
Deus : qui ab æterno vnigeni-
tum tibi coæqualem atque consub-
stantialem filium , secundum car-
nem prædestinasti in spiritu sancti-
ficationis , Dominum nostrum Iesum Christum , & sanctissimam sibi
virginem Mariam , tibi acceptissi-
mam , in matrem à sæculo prælegi-
sti , præsta quæsumus ; vt amborum
meritis , per sacra ter quina myste-
ria sacratissimi Rosarij completis ;
ita in præsenti simus illis addicti ,
quatenus etiam in cælestis vitæ glo-
ria fructus eorum in nobis iugiter
sentiamus. Per Dominum nostrum
Iesum Christum Filium tuum : Qui
tecum viuit , & regnat in unitate
eiusdem Spiritus sancti Deus : per
omnia sæcula sæculorum. R. Amé.

Lectione libri Sapientiæ.

EGo flos campi , & lilyum con-
uallium. Sicut lilyum inter spi-
nas , sic amica mea inter filias . Fa-
vus distillans labia tua sponsa , mel
& lac sub lingua tua : & odor vesti-

mentorum tuorum sicut odor thu-
ris . Hortus conclusus foror mea
sponsa , hortus conclusus , fons si-
gnatus . Emissiones tuae paradisus
malorum punicorum cum pomo-
rum fructibus . Ego quasi vitis fru-
ctificaui suavitatem odoris : & flo-
res mei fructus honoris & honestati-
s . Ego mater pulchra dilectionis ,
& timoris , & agnitionis , & sanctæ
spei . In me gratia omnis vitæ & veri-
tatis , in me omnis spes vitæ & vir-
tutis . Transite ad me omnes qui
concupiscitis me , & à generationi-
bus meis implemini . Spiritus enim
meus super mel dulcis , & heredi-
tas mea super mel & fauum .

Graduale. **D**ilectus meus mihi , &
ego illi . Qui pascitur inter lilia : Do-
nec aspiret dies , & inclinentur um-
bras . v. Sicut dies verni circumda-
bant eam flores rosarum , & lilia
conuallium . **A** lleluia , alleluia .

v. Virga Iesse floruit , virgo Deum
& hominem genuit , pacem Deus
reddidit , in se reconcilians imma-
summis . Alleluia .

Intra Septuagesimam . **T**racus .
Gaude Maria virgo , cunctas hære-
ses sola interemisti . v. Quæ Ga-
brielis Archangeli dictis credidisti .
v. Dum virgo Deum , & hominem
genuisti , & post partum virgo in-
uiolata permanisti . v. Dei genitrix
intercede pro nobis .

Tempore Resurrectionis . **P**rimum .
Alleluia . v. Virga Iesse floruit .

Secondum . **A**lleluia . v. Surrexit
Dominus , & occurrens mulietibus
ait ; Auete . Tunc accesserunt , &

A 2 tenue-

Missa Sacratissimi Rosarii.

tenuerunt pedes eius.

Tempore Ascensionis. Secundum.

Alleluia. v. Ascendens Christus in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

In illo tempore: Iter faciebat Iesus per ciuitates, & castella prædicens, & euangelizans regnum Dei: & duodecim cum illo, & mulieres aliquæ, quæ erant curatae a spiritibus malignis, & infirmitatibus: Maria, quæ vocatur Magdalene, de qua septem dæmonia exierant, & Joanna vxor Chusa procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ, quæ ministrabat ei de facultatibus suis. Cum autem turba plurima conuenirent: & de ciuitatibus prope ratent ad eum dixit per similitudinem: Exiit qui seminat, seminare semen suum: & dum seminat, aliud cecidit fecus viam, & conculcatum est, & volucres cæli comedenter illud. Et aliud cecidit supra petram: & natum aruit, quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter spinas, & simul exortæ spinæ suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam: & ortum fecit fructum centuplū. Hæc dicens clamabat: Qui habet aures audiendi, audiat. Interrogabant autem eum discipuli eius, quæ esset hæc parabola. Quibus ipse dixit: Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, ceteris autem in parabolis: vt videntes non videant, & audientes non intelligent.

Offertorium. Ave regina cælorum, mater regis angelorum: O Maria flos virginum, velut rosa vel lilium: funde preces ad Filium, pro salute fidelium.

Tempore Paschali.

Alleluia, alleluia.

Secreta.

Annue, quæsumus misericors Deus precibus nostris: ut quicunque intra Rosarij Dei genitricis Mariæ eius soli Filio dicati, ambitum virtutis contineamur, plena tibi atque perfecta corporis, & animæ deuotione placeamus: vt dum hæc præsentia vota reddimus, ad æterna præmia, te adiuuante venire mereamur. Per eumdem Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum: Qui tecum viuit, &c.

Prefatio. Et te in veneratione, &c.

Communio. C quæm speciosa fæda es, & suavis in delicijs virginitatis, sancta Dei genitrix: quam videntes filiæ Sion vernantem in floribus rosarum, & lilijs conualium, beatissimam prædicauerunt, & reginæ laudauerunt eam.

Tempore Paschali.

Alleluia, alleluia, alleluia.

Postcommunio.

Veneranda Sacratissimi Rosarij mysteria ad honorem Dei genitricis, semperque Virginis Mariæ, ab Ecclesia tua fideliter dicata celebrantes, omnipotens Deus benigno fauore prosequere: vt omnibus in te sperantibus auxiliu tui munus ostendas, & mysteriorum virtus, & votorum obtineatur effectus. Per eumdem Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum: Qui tecum viuit, & regnat in unitate Spiritus sancti Deus: Per omnia sæcula sæculorum. R. Amen.

Benedicamus Domino.

R. Deo gratias.

Missa Sacratissimi Rosarij.

5

IN PRINCIPALI FESTO,
Quod celebratur prima Dominica
Octobris Missa dicitur ut supra ex-
ceptis his, quæ sequuntur: videlicet
prima Oratio, Euangeliū,
Secreta, Præfatio, & Postcommu-
nione.

Oratio.

Solemnitatem Rosarij beatissimæ virginis Mariæ, genitricis tuæ celebrantes, quæsumus omnipotens Deus, benigno fauore prosequere: quatenus ita ipsius sacra Mysteria contemplerim in terris: ut post huius vitæ cursum, eorum fructus percipere mereamur in cælis. Qui viuis & regnas.

Sequentia sancti Euangeliū secundum Marcum.

In illo tempore: Loquente Iesu ad turbas, veniunt mater eius, & fratres: & foris stantes miserunt ad eum, vocantes eum. Et fedebat circa eum turba, & dicunt ei: Ecce mater tua, & fratres tui foris querunt te. Et respondens eis, ait: Quæ est mater mea, & fratres mei?

Et circumspicies eos, qui in circuitu eius sedebant, ait: Ecce mater mea, & fratres mei. Qui enim fecerit voluntatem Dei, hic frater meus, & soror mea, & mater est.

Credo.

Secreta.

Viuifica nos quæsumus Domine, tui ipsius Hostia salutari: & sanctissimæ Matris tuæ Rosarij solemnia recolentes: interiori Spiritus sancti inuocatione sanctifica. Qui viuis & regnas cum Deo Patre, in unitate eiusdem Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Præfatio. Et te in solemnitate beatae Mariæ semper virginis, &c.

Postcommunio.

Oncede quæsumus Domine, semper nos per hæc sancta Rosarij Genitricis tuæ mysteria gratulari, ut continue eadem contemplantes, perpetuæ nobis fiant causa latitiae. Qui viuis & regnas cum Deo patre, in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Rx. Amen.

Il Beatissimo Padre Papa Paulo III. per un suo Breue dato in Roma apprepresso S. Marco, alli 31. d' Agosto 1537. Concede à tutti li Sacerdoti, & à tutti gli altri della Compagnia del Santissimo Rosario, che diranno, & faranno dire, ouero faranno presenti alla suetta Messa del Santissimo Rosario della Beata Vergine MARIA Madre d' Iddio, da sua Santità approbata, & confermata in qualunque luogo si dica, tutte quelle Indulgenze, che s'acquistano in dire tutto il Rosario intiero in una settimana che sono ottant'otto anni, ventidue quarantene, & centocinquanta giorni d' Indulgenza. Et oltre diciò Indulgenza Plenaria, con la liberatione d' un' anima dal Purgatorio, concessa dalla Santità di Papa Gregorio XIII. & molte altre Indulgenze, come nel proprio luogo sono segnate. La qual Messa così comincia; Salve Radix sancta, Salve mundi gloria, &c.

MISSA DE SANCTO ANGELO CVSTODE,

Cuius Festum, ex constitutione P A V L I Papæ V.

Cum Officio proprio celebratur die sequenti non impedita Officio
nouem Lectionum, post Dedicat. B. Michaelis Archangeli.

Et ad libitum ex pietate fidelium, per Annū dicenda.

Introitus.



Dorate Dominum omnes Angelii eius, potentes virtute, qui facitis verbum eius, ad audiendam vocem sermonum eius. **Psalmus.** Benedic anima mea Domino: & omnia, quæ intra me sunt Nomini sancto eius. **Gloria Patri.**

Oratio.

Deus, qui ineffabili prouidentia sanctorum Angelorum tuos ad nostram custodiam mittere dignaris: largire supplicibus tuis, & eorum semper protectione defendi, & æterna societate gaudere. Per Dñm nostrum Iesum Christum Filium tuum. Qui tecum viuit, & regnat in unitate Spiritus, &c.

Lectio libri Exodi.

Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego mitto Angelum meum, qui præcedat te, & custodiat in via, & introducat in locum, quem præparaui. Obserua eum, & audi vocem eius, nec contemnendum putas: quia non dimittet cum peccaueris, & est Nomen meum in illo. Quod si audieris vocem eius, & feceris omnia quæ

loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligam afflentes te, præcedetque te Angelus meus.

Graduale. Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. **v.** In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. **Alleluia, alleluia.** **v.** Benedicite Domino omnes virtutes eius, Ministri eius, qui facitis voluntatem eius. Alleluia.

Poët Septuaginta.

Graduale. Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. **v.** In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

Tractus. Benedicite Dominum omnes Angeli eius, potentes virtute, qui facitis verbum eius.

v. Benedicite Domino omnes virtutes eius, Ministri eius, qui facitis voluntatem eius. **v.** Benedicite Domino omnia opera eius, in omni loco dominationis eius, benedic anima mea Domino.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

In illo tempore: Accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes: **Quis**

Missa de S. Angelo Custode.

Quis putas, maior est in regno cælorum? Et aduocans Iesum paruum, statuit eum in medio eorum, & dixit. Amen dico vobis: nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cælorum. Quicumque ergo humiliauerit se, sicut parvulus iste: hic maior est in Regno cælorum. Et qui suscepit vnum parvulum talem in Nominе meo: me suscipit. Qui autem scandalizauerit vnum de pueris istis, qui me in credunt: expedit ei, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Vnde mundo a scandalis. Necesse est enim vt veniant scandalia. Veruntamen va homini illi, per quem scandalum venit. Si autem manus tua, vel pes tuus scandalizat te: abscede eum, & projice abs te. Bonum est tibi ad vitam ingredi debilem, vel claudum, quā duas manus, vel duos pedes habentem, mitti in ignem æternum. Et si oculus tuus scandalizat te: erue eum, & projice abs te: Bonum est tibi cum uno oculo in vitam intrare, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. Videte, ne contemnatis vnum ex his pusil-

lis: Dico enim vobis, quia Angeli eorum semper vident faciem Patris mei, qui in cælis est. Credo.
Offertorium. Adorate Dominum omnes Angeli eius: Ministri eius facientes verbum illius, ad audiendum vocem sermonum eius.

Secreta.

SVscipe, Domine, munera, quæ pro Sanctorum Angelorum tuo rum veneratione deferimus: & concede propitijs, vt perpetuis eorum præfidij, a præsentibus periculis liberemur, & ad vitam perueniamus æternam. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum: Qui tecum viuit, &c.

Communio. Benedicte omnes Angeli Domini Dominum: hymnum dicite, & superexaltate eum in sæcula.

Postcommunio.

SVmpsimus Domine diuina mysteria, Sanctorum Angelorum tuorum festiuitate lætantes: quæsumus, vt eorum protectione ab hostiis iugiter liberemur insidijs, & contra omnia aduersa, sua semper protectione muniamur. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit, & regnat in unitate Spiritus sancti.

F I N I S.

S

MISSÆ
SANCTI GREGORII
PAPÆ CONFESSORIS,
& Ecclesiæ Doctoris:
PRO VIVIS, ET DEFUNCTIS.

PRO VIVIS.

Introitus.



Isereris omnium, Domine, & nihil odisti eorum, quæ fecisti: disimulans peccata hominum propter penitentiam, & parcens illis: quia tu es Dominus Deus noster. **Psalmus.** Miserere mei Deus, miserere mei: quoniam in te confidit anima mea.

Gloria Patri. **Oratio.**

O Mnipotens sempiterne Deus, cuius spiritu regimur, protectione seruamur, aures tuae pietatis inclina precibus nostris, & praesta, ut qui, vel quæ auxilium tuae miserationis implorat, intercedente Beato Pôtifice tuo Gregorio, quod fideliter postulat, efficaciter consequatur. Per Dominum.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Romanos.

Fratres: Condelector legi Dei secundum interiorem hominem: video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Infelix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius? **Gratia Dei, per Iesum Christum**

Dominum nostrum. **Graduale.** Propitius esto Domine, peccatis nostris, ne quando dicant gentes: vbi est Deus eorum? ¶ Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter honorem nominis tui Domine, libera nos. **Alleluia, alleluia.** ¶ Deus, iudex iustus, fortis, & patiens: numquid irascetur per singulos dies? **Alleluia.**

Post Septuagesimam omisssis Allel. & versu sequenti, dicitur Traictus. De profundis clamaui ad te Domine, Domine exaudi vocem meam. ¶ Fiant aures tuae intendentes in orationem serui tui. ¶ Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit? ¶ Quia apud te propitiatio est: & propter legem tuam sustinui te Domine.

Tempore Paschali omittitur Graduale, & eius loco dicitur, Alleluia, alleluia. ¶ Deus iudex iustus, fortis, & patiens: numquid irascetur per singulos dies? **Alleluia.** ¶ Audi tui meo dabis gaudium, & lætitiam: & exultabunt ossa humiliata. **Alleluia.** **Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.**

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Petrite, & dabitur vobis:

vobis: quærit, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. Quis autem ex vobis patrem petit panem: numquid lapidem dabit illi? Aut pisces: numquid pro pisce serpentem dabit illi? Aut si petierit ouum: numquid porriget illi scorpionem? Si ergo vos cum sitis malii, nostis bona data dare filiis vestris: quanto magis pater vester de celo dabit spiritum bonum petentibus se?

Offertorium.

Domine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te veniat.

Secreta.

Deus, qui es mirabilis in operibus, iustus in iudicijs, largus

in donis, multiplica super nos gratiam tuam, ut intercedente pro nobis Beato Pontifice tuo Gregorio, quicquid præcipis, ut agamus, ipsi vota adimplere possimus. Per Dominum nostrum.

Communio. Petite, & accipietis: quærit, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis: omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur.

Policommunio.

Afflictionem famuli tui, **vel** famula tuæ: quæsumus Domine intercedente beato Pontifice tuo Gregorio, placatus intende, & praesta, ut indulta sibi venia delictorum suorum in tuis semper delicijs iucundetur. Per Dominum.

PRO DEFVNCTIS.

Introitus.

Requiem æternam dona eis Domine: & lux perpetua luceat eis.

Psalmus. Te decet hymnus Deus in Sion, & tibi reddetur votum in Ierusalem: exaudi orationem meam ad te omnis caro veniet. Requiem æternam.

Oratio.

Quoniam potens sempiterne Deus, qui nos beati Gregorij Confessoris tui, atque Pontificis commemoratione lætificas, quique eius precibus, & meritis Defunctorum animas à supplicijs misericorditer liberalisti, quæsumus, ut piis eiusdem suffragijs, animam famuli tui, **vel** famulæ tuæ **N**ona Purgatorij penitentia placatus eripias, ereptamque caelestium bonorum facias esse

cōsortem. Per Dominum nostrum.

Lectio libri Apocalypsis beati Ioannis Apostoli.

In diebus illis: Audiui vocem de celo, dicentem mihi. Scribe, Beati mortui qui in Dominom moriuntur. Amodo iam dicit spiritus, ut requiescant à laboribus suis. Opera enim illorum sequuntur illos.

Graduale.

Requiem æternam dona eis Domine: & lux perpetua luceat eis.

V. In memoria æterna erit iustus: ab auditione mala non timebit.

Tractus. Absolue, Domine, animas omnium fidelium Defundorum, ab omni vinculo delictorum. **V.** Et gratia tua illis succurrente, mereantur euadere iudicium ultionis. **V.** Et lucis æternæ beatitudine perfici.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

IN illo tempore: Dixit Iesus turbis Iudaorum. Ego sum panis viuus, qui de celo descendit. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Litigabant ergo Iudei ad invicem, dicentes. Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum. Dixit ergo eis Iesus. Amem, amen dico vobis: nisi manducae ritis carnem filij hominis, & biberritis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam aeternam: & ego resuscitabo eum in nouissimo die.

Offertorium.

Domine Iesu Christe, rex gloriae, libera animas omnium fidelium defunctorum de pennis inferni, & de profundo lacu: libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadant in obscurum: sed signifer sanctus Michaël representet eas in lucem sanctam: Quam olim Abraham promisisti, & semini eius.

V. Hostias & preces tibi Domine laudis offerimus, tu suscipe pro animabus illis, quarum hodie memoria facimus: fac eas Domine de morte transire ad vitam. Quam olim.

Secreta.

Svscipe Domine quæsumus Hostias placationis, & laudis, quas in honore Sancti Gregorij Confessoris tui, atque Pontificis commemoratione deferimus: & pro requie famuli tui, **vel** famula tuæ te suppliciter exoramus. Per Dominum nostrum.

Communio. Lux æterna luceat eis Domine, Cum sanctis tuis in æternum: quia pius es.

V. Requiem æternam dona eis Domine: & lux perpetua luceat eis. Cum sanctis. **Postcommunio.**

Refecti participatione muneris sacri, quæsumus Domine Deus noster, vt per intercessionem Sancti Pontificis tui Gregorij, anima famuli tui, **vel** famula tuæ **N.** pro qua tuam deprecamur clementiam, à peccatis omnibus segregata, suæ salutis sentiat effectum. Per Dominum nostrum.

Sanctus Gregorius.

Poena viuorum, & mortuorum relaxabitur illis, pro quibus dicatur Missa, præcipue illorum, pro quibus oratur in speciali.

Sanctus Hieronymus.

Pro qualibet Missa devote celebrata plures animæ exeunt de Purgatorio.

Sanctus Hieronymus.

A nimæ quæ in Purgatorio torquentur, pro quibus solet Sacerdos in Missâ orare, interim nullum tormentum sustinent, dum Missa celebratur.

Sanctus Gregorius.

A vdire Missam devote, alleuiat animas fidelium defunctorum, & remittit peccata eorum.

F I N I S.

MIS-

MISSA SCAROLI EPISCOPI, ET CONFESSORIS.

11

Introitus.

 **Tatuit ei Dominus te-
stamentum pacis, &
principem fecit eū, vt
sit illi sacerdotij digni-
tas in aeternum.** **Psal.**

**Memento Domine Dauid : & om-
nis mansuetudinis eius.** **Gloria
Patri, &c.** **Statuit ei Dominus, &c.**

Oratio.

Eccliam tuam Domine sancti
Caroli Confessoris tui, atque
Pontificis continua protectione
custodi: vt sicut illum Pastoralis
follicitudo gloriosum reddidit, ita
nos eius intercessio in tuo semper
faciat amore feruentes. Per Do-
minum nostrum.

Lectio libri Sapientiae.

Ecce sacerdos magnus, qui in
diebus suis placuit Deo, & inven-
tus est iustus, & in tempore ira-
cundiae factus est reconciliatio.
Non est inuentus similis illi, qui
conseruaret legem Excelsi. Ideo
iureiurando fecit illum Dominus
crescere in plebem suam. Benedi-
ctionem omnium gentium dedit
illi, & testamentum suum confir-
mauit super caput eius. Cognovit
eum in benedictionibus suis: con-
seruavit illi misericordiam suam,
& inuenit gratiam coram oculis
Domini. Magnificauit eum in-
conspicu regum, & dedit illi cor-
onam gloria. Statuit illi testamen-
tum sempiternum, & dedit illi sa-
cerdotium magnum, & beatifica-
uit illum in gloria. Fungi sacerdo-
tio, & habere laudem in nomine

ipsius, & offerre illi incensum di-
gnum in odorem suavitatis.

Graduale. Ecce sacerdos magnus,
qui in diebus suis placuit Deo.

v. Non est inuentus similis illi, qui
conseruaret legem Excelsi.

Alleluia, alleluia. **v.** Tu es sacerdos
in aeternum, secundum ordinem
Melchisedech, Alleluia.

Post Septuagelimam, omisso Allel.
& versu sequenti, dicitur,

Tractus. Beatus vir, qui timet Do-
minum, in mandatis eius cupit ni-
mis. **v.** Potens in terra erit semen
eius, generatio rectorum benedici-
etur. **v.** Gloria & diuinitas in do-
mino eius, & iustitia eius manet in
seculum seculi.

**Tempore Paschali omittitur Gra-
duale, & eius loco dicitur.**

Alleluia, alleluia. **v.** Tu es sacer-
dos in aeternum, secundum ordi-
nen Melchisedech. Alleluia.

v. Hic est sacerdos, quem corona-
uit Dominus. Alleluia.

**Sequentia sancti Euangelij secun-
dum Matthaeum.**

In illo tempore: Dixit Iesus di-
scipulis suis parabolam hanc.
Homo quidam peregre proficisciens,
vocauit seruos suos, & tradidit illis
bona sua. Et vni dedit quinque ta-
lenta, alij autem duo, alij vero
vnus: vnicuique secundum pro-
priam virtutem: & profectus est
statim. Abiit autem qui quinque
talenta accepérat, & operatus est
in eis, & lucratus est alia quinque.
Similiter & qui duo accepérat, lu-
cratus est alia duo. Qui autem
vnus

Missa de S. Carolo.

vnum acceperat, abiens fodit in terram, & abscondit pecuniam domini sui. Post multum vero temporis venit dominus seruorum illorum, & posuit rationem cum eis. Et accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicens. Domine, quinque talenta tradidisti mihi: ecce, alia quinque superlucratus sum. Ait illi dominus eius. Euge serue bone, & fidelis: quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium domini tui. Accesit autem & qui duo talenta acceperat, & ait. Domine, duo talenta tradidisti mihi: ecce alia duo superlucratus sum. Ait illi dominus eius. Euge serue bone, & fidelis: quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: in-

tra in gaudium domini tui.

Offertorium. Inueni David seruum meum, oleo sancto meo vnxii eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum.

Secreta.

Sicut tui, quæsumus Domine, nos vbiique lætificant: vt dum eorum merita recolimus, patrocinia sentiamus. Per Dominum nostrum.

Comunio.

Fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram.

Postcommunio.

Præsta quæsumus omnipotens Deus: vt de perceptis muneribus gratias exibentes, intercedente Beato Carolo confessore tuo atque Pontifice, beneficia potiora sumamus. Per Dominum.

Imprimatur si videbitur Reuerendiss. P. M. Sacr. Palat. Apostol.

Cesar Fidelis Vicesg.

Imprimatur. Fr. Gregorius Donatus Romanus Mag. Reuerendiss. P. F. Hyacinthi Petronij Sacr. Palat. Apostol. Mag. Socius, Ord. Prædic.

MISSA

MISSA DE SANCTIS

XV. AVXILIATORIBVS,

**Valde proficua ad gratiam aliquam, vel libera-
tionem à periculis obtinendam.**

Introitus.

Multa tribulationes iu-
storum, & de his om-
nibus liberauit eos
Dominus: Dominus
custodit omnia offa-
eorum, vnum ex his non contere-
tur. **Psalmus.** Benedicam Domi-
num in omni tempore: semper
laus eius in ore meo. **v. Gloria,**
Patri.

Oratio.

Omnipotens, ac mitissime De-
us, qui electos sanctos tuos
quindecim Auxiliatores speciali-
bus priuilegijs decorasti: da nobis
Domine veniam peccatorum: &
ipsorum intercedentibus meritis
ab omnibus aduersitatibus nos li-
bera, & deprecationes nostras be-
nignus exaudi. Per Dñm nostrum.
Lectio Epistola B. Pauli Apostoli

ad Hebraeos.

Fratres: Sancti per fidem vice-
runt regna: operati sunt iusti-
tiam, adepti sunt recompensationes,
obturauerunt ora leonum, extin-
ixerunt impetum ignis, effugerunt
aciem gladij, conualuerunt de in-
firmitate: fortes facti sunt in bello,
castra verterunt exterorum: acce-
perunt mulieres de resurrectione
mortuos suos. Alij autem distenti
sunt, non suscipientes redemptio-
nem, vt meliorem inuenirent re-
surrectionem. Alij vero ludibria,

& verbera experti, insuper & vine-
cula & carceres: lapidati sunt, seuti
sunt, tentati sunt, in occidente gla-
dij mortui sunt. Circuierunt in
melotis in pellibus caprinis, egen-
tes, angustiati, afflitti; quibus di-
gnus non erat mundus. In solitu-
dinibus errantes, in montibus, &
speluncis, & in cauernis terræ. Et
hi omnes testimonio fidei, pro-
bati inuenti sunt; in Christo Iesu
Domino nostro.

Graduale:

Clamauerunt iusti, & Dominus Pi-
exaudiuit eos; & ex omnibus tri-
bulationibus eorum liberauit eos.
v. Iuxta est Dominus his qui tri-
bulato sunt corde; & humiles spi-
ritu saluabit. **A**lleluia, alleluia.
v. Lætamini in Domino, & exulta-
te iusti, & gloriamini omnes recti 31
corde. Alleluia.

Infra Septuagesimam, Tractus.

Qui seminant in lacrymis, in gau-
dio metent. **v.** Euntes ibant, &
flebant mittentes semina sua.
v. Venientes autē venient cū exul-
tatione, portantes manipulos suos.
Tempore Paſchali. **A**lleluia, alle-
luia. **v.** Angelus Domini de-
scendit de cælo, & accedens re-
uoluit lapidem, & sedebat super
eum. Alleluia. **v.** Ascendens Chri-
ſtus in altum, captiuam duxit ca-
ptiuitatem: dedit dona hominibus.
Alleluia.

Sequen-

Missa de SS.XV. Auxiliatoribus.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthaeum.

In illo tempore: Respondens Iesus dixit. Confiteor tibi Pater, Domine caeli, & terrae, quia abscondisti haec a sapientibus, & prudentibus: & reuelasti ea parvulis. Ita Pater: quoniam sic placitum fuit ante te. Omnia mihi tradita sunt a Patre meo. Et nemo natus filius, nisi Pater: neque Pater quis natus, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos: & discite a me, quia misericordia sum, & humilis corde: & inuenietis requie animabus vestris. Iugum enim meum suave est: & onus meum leue.

Offertorium.

Mirabilis Deus in sanctis suis: Deus Israel ipse dabit virtutem, & fortitudinem plebi sue benedictus Deus.

Secreta.

Svscipe, quæsumus, clementissime Deus, preces, & hostias quas tibi in sanctorum tuorum

Georgij, Blasij, Erasmi, Pantaleonis, Viti, Christophori, Dionysij, Cyriaci, Acatij, Eustachij, Magni, Aegidij, Margaritæ, Barbaræ, & Catharinæ, honore deferrimus: ut qui nostræ iustitiae fiduciam non habemus, eorum qui tibi placuerunt singulariter intercedentibus meritis, petitionum nostrorum te pium largitorem sentiamus. Per Dominum.

Communio. Posuerunt mortalia p[ro]f[essione] seruorum tuorum Domine escas p[ro]f[essione] volatilibus caeli, carnes Sanctorum tuorum bestijs terræ: secundum magnitudinem brachij tui, posside filios morte punitorum.

Postcommunio.

Acramenta quæ sumpsimus Domine, quæsumus, intercedentibus sanctis tuis quindecim Auxiliatoribus nobis prosint ad veniam: & quorum petitionem clementer exaudisti, in necessitatibus nostris eorum nos refoue miseratus auxilio, & ab omni aduersitate potenter custodi. Per Dñm.

F I N I S.

MISSÆ SANCTORVM

Ex mandato S.D.N. ALEXANDRI VII. Missali inserendæ.

DIE III. DECEMBRIS.

In festo S. Francisci Xauerij
Societatis Iesu Confessoris.

Introitus.

S iusti meditabitur
sapiéntiam, & lingua
eius loquétur iudi-
cium : lex Dei eius
in corde ipsius. **Psalmus.** N o
ximulati in malignáribus : ne-
que zeláueris facientes iniqui-
tatem. **Glória Patri, & Filio.**

Oratio.

Deus, qui Indiarum Gentes
beati Francisci prædica-
tiōne & miraculis Ecclésiæ tuae
aggregare voluisti; concēde pro-
pitius, vt cuius gloriōsa mérita
venerāmur, virtutum quoque
imitemur exēmpla. Per Dñm.

Lectio libri Sapiéntiæ.

Béatus vir, qui inuénitus est
sine mácula, & qui post
aurum non ábijt, nec speráuit
in pecúnia & thesauris. **Quis est**
hic, & laudábimus eum ? fecit
enim mirabília in vita sua. Qui
probátus est in illo, & perféctus
est, erit illi glória ætérna : qui
potuit tránsigredi, & non est
transgredíssus; facere mala, & non
fecit : ídeò stabilita sunt bona
illius in Dómino, & eleémosy-

nas illius enarrábit omnis Ec-
clesia sanctórum.

Graduale. **I**ustus vt palma
dorébit : sicut cedrus Libani
multiplicabitur in domo Dó-
mini. **¶** Ad annuntiandum
manè misericordiam tuam, &
veritatem tuam per noctem.

Alleluia, alleluia. **¶** Beatus **iac. 1**
vir, qui suffert tentatiōnem :
quóniam cùm probátus fúerit,
accipiet corónam vitæ. Alleluia.

Sequéntia sancti Euangélij
fecundūm Lucam.

In illo rémpore : Dixit Iesus **Luca**
discípulis suis : Sint lumbi
vestri præcincti, & lucernæ ar-
dentes in manib⁹ vestris, &
vos símiles homínibus expe-
ctantib⁹ Dóminū suum quan-
do reuertátur à nuptijs: vi, cùm
venerit & pulsáuerit, conféstim
apériant ei. Beati serui illi, quos,
cùm vénérerit dóminus, inuénérerit
vigilatēs: amē dico vobis, quod
præcīnget se, & faciet illos dis-
cúmbere, & tránsiens ministrá-
bit illis. Et si vénérerit in secunda
vigília, & si in tértia vigília vén-
erit, & ita inuénérerit, beati sunt
serui illi. Hoc autem scítote,
quóniam si sciret paterfamilias,
qua horā fur veníret, vigilaret

útique,

h
utique, & non sineret perfodi domum suam. Et vos estote parati: quia qua hora non putatis, Filius hominis veniet.

Psal. Offertorium. V éritis mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cor-nu eius. **Secreta.**

Mat. **P**raesta nobis, quæsumus omnipotens Deus: ut nostræ humilitatis oblatione, & prout oculi tibi grata sit honore Sanctorum, & nos corpore pariter & mente purifacet. Per Dñm.

24. Communio. Beatus seruus, quem, cum venerit dominus, inuenierit vigilantem: amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum Postcommunio.

Quæsumus, omnipotens Deus: ut qui cælestia aliménta percépimus, intercedente beato Francisco Confessore tuo, per hæc contra omnia ad uerba muniamur. Per Dñm.

DIE XXIX. IANVARII.

In festo S. Petri Nolasci Conf. Ord. B. MARIAE de Mercede Redempt. Captiuorum Fundat.

Missa. Iustus ut palma. de Comm. Conf. nō Pont. Oratio.

Deus, qui in tua charitatis exemplum, ad fidélium redemptiōnem, sanctum Petrum Nolascum Ecclesiā tuā nouā prole fecundare di-

uinitus docuisti: ipsius nobis intercessione concède, à peccati seruitute solutis, in cælesti patria perpétua libertate gaudere. Qui viuis & regnas.

DIE XX. MAI.

In festo S. Bernardini Senenfis Confessoris.

Missa. O si iusti. de Comm. Confess. non Pontif. Oratio.

Dominae Iesu, qui beato Bernardino Confessori tuo eximium sancti nominis tui amorem tribuisti: eius, quæsumus, meritis & intercessione, spiritu nobis tua dilectionis benignus infunde. Qui viuis, &c.

Euangel. Ecce nos reliquimus omnia. de Comm. Abbatum.

Qsequens Missa de S. Thoma de Villanova dicitur ad libitum.

DIE XVIII. SEPTEMBRIS.

In festo S. Thomæ de Villanova Episcopi & Confess.

Missa. Statuerit ei Dominus Comm. Conf. Pontif. Oratio.

Deus, qui beatum Thomam Pontificem insignis in pauperes misericordie virtute decoraisti: quæsumus, ut eius intercessione in omnes, qui te deprecantur, diuitias misericordia tua benignus effundas. Per Dñm.

Euangelium. Homo peregrin proficisciens.


FINIS.



XII. 1938

H.C.S.

JU-





M
RO

AN

MISSALE
ROMANUM

ANTWERPEN
1614.